

Gesandtschaftsinstruktionen für Stefan Stainborn und Georg Golser, Gesandte des Brixner Domkapitels zu NvK nach Mantua. Man entschuldigt sich für die späte Ankunft. Vorgebracht werden die Bitten um die Bestätigung der Privilegien des Domkapitels und um die Übertragung des Hospitals von Klausen an Stefan Stainborn. Man sei sehr froh, dass Stainborn diese Aufgabe übernehmen wolle, da demnächst ein Neubau des Hospitals anstehe. Das Brixner Hospital werde indes von Konrad Tegmair pflichtbewusst verwaltet. Man hoffe auf eine gütliche Beilegung des Streits mit Hz. Sigismund und eine baldige Rückkehr des Kardinals nach Brixen.¹⁾

Kopie (ca. 1460): BOZEN, SLA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 71^v-74^r. Überschrift: Instructiones Capituli Brixinensis pro dominis magistro Georio Golser et Stephano Stainhorn, canonicis ipsius ecclesie prefate pro relatione facienda et ambasiata ad rev^m d. N. cardinalem et episcopum Brixinensem d. n. graciosum.

Regest: Jäger, Regesten I 317 Nr. 229.

Em.: Jäger, Streit I 339f.

Primo offerre debent cum omni humilitate obedienciam et reverenciam dicti capituli ipsi d. cardinali et humiliter rogare, quatenus paternitas sua r. dilationem factam in visitando suam p., postquam Mantuam applicuit, non velit imputare. Nam ex causis racionabilibus et non ex aliquo contemptu id factum est, videlicet quia adventus d. ducis ad Mantuam ignorabatur, prout hodie nec omnimoda certitudo de hac re habetur. Intendebasset enim capitulum tunc suos mittere ad suam p. r., ne in vanum tempus Mantue 5 deduceretur et expense, que graves ibidem esse asseruntur²⁾, inutiliter fierent.

Deinde etiam, quia tempus vindemiarum instabat et tunc pro collectione fructuum festina sollicitudo necessario pro fovendo instabat, opus erat omnes ibi constitui, maxime quia pauci in loco erant apti pro fructuum adductione. Etiam nonnulli absentes extiterant, prout hodie sint.

Collectiones nunc fructuum sew vindemiarum cessantes, statim ipsum capitulum nos pro nunciis 10 deputavit et misit ad v. r. p. pro huiusmodi execucionibus declarandis eo, quod d. n. sanctissimus papa Pius relatione quorundam a sua s^{te} veniencium dicebatur festine et infra paucos dies a Mantua recessurus.

Dudum multiplicatis vicibus tam verbo quam in scriptis et novissime per singularem nuncium et iterum in scriptis domini de capitulo p. v. r. pro privilegiorum ipsi capitulo per predecessores vestros ex bonis et iustis causis concessorum confirmacione supplicarunt et nunc nos nomine et de mandato 15 ipsorum tam devote quam humiliter rogamus confirmacionem eorundem per v. r. p. graciose impendi et eodem roborare.³⁾

Si autem d. n. r. replicaret, quod detestaverit faciendis (!), de quo cavetur in privilegio, ipse non haberet auctoritatem confirmacionis impendere, quo ad hoc non fiat magna difficultas, nam hoc a papa ex post obtineri verisimiliter poterit. 20

Item si de restitutione facienda capellis omnium sanctorum⁴⁾ et sancti Laurentii⁵⁾ situatis apud ecclesiam cathedralem, de quibus eciam in dicto privilegio cavetur, haberet condicionem, id etiam obmitti poterit. Ex post enim dabitur ordo alius, ut beneficiis fiat recompensa.

R. p., domini de capitulo post varias deliberaciones dudum tractarunt aliquem ex ipsis presentare ad hospitale prope Clusnam iuxta sua privilegia per v. r. p^{tem} confirmanda.⁶⁾ Et inter se nullum, qui ipsum 25 hospitale acceptare et regere vellet, utiliore reperierunt quam dominum Stephanum Stainhoren hic presentem, quem per litteras suas v. r. p. ad ipsum hospitale instituendum presentarunt, quod eciam eum multa instancia ad assumendum onus huiusmodi vix induximus. Et quia p. v. capitulo scripsit et inter alia d. Stephanum ad se ad Mantuam venire demandavit, sic ipsum capitulum ad hoc faciendum dictum dominum Stephanum requisivit et monuit humiliter rogans, ut ipsum sic presentatum graciose instituere 30 dignetur. Nam necessarium erit in aliquo convenienti loco novum hospitale construere, quia infra paucos annos, ut formidatur locus, qui nunc hospitale habetur, aquis et arena timetur abrueri.⁷⁾

Ad huiusmodi autem structuram ordinandum et alia incumbendum onera, quibus hospitale multiphariae, uti speramus, multum utilis erit et diligenciam faciet iuxta omnem voluntatem v. r. p. et capituli.

2 dilationem: *em.* dilectionem. 7 instabat: *em.* instabit. 34 voluntatem: *em.* vomitatem.

- 35 Item si mencio per dominum nostrum r. fieret de hospitali in insula Brixine, dicetis ordinem esse datum, quod competens numerus pauperum decumbentium ibi habentur et elemosina quibusvis personis cottidie advenientibus ibidem ministratur.⁸⁾ Et ne hospitale gravetur per stipendium provisoris hospitalis dandum, capitulum posuit dominum Conradum Tegmair⁹⁾ ibi, et de prebenda dat sibi porcionem provisionis. Et ipse singulis annis faciet rationem de percipiendis et expendendis, prout tenetur.
- 40 Item de differencia, que nunc aliquamdiu, proch dolor, duravit inter r. v. p. et dominum Sigismundum Austrie etc. capitulum et singuli ex ipsis ob hanc multum sunt animo consternati, deprecantes et processiones pro pace ac alias oraciones singulis in divinis officiis facientes, ut deus omnipotens per suam misericordiam eandem de medio concedat auferri, formidantes ipsi ecclesie et hominibus eiusdem ex hac maiora pericula posse eminere, maxime autem propter absenciam persone v. r. p., quam omnes cum pace et tranquillitate optant ad ipsam ecclesiam vestram votive redire. Et nisi hoc celerius fiat, ruina timetur verisimiliter inevitabilis ecclesie succedere, que per v. r. p. presenciam procul pelleretur. Ipsum etiam capitulum pro sopienda prefata differencia libenter, quam potest, et sibi possibilem operam offert se impendere. Pro qua re prosequenda nos principaliter ad v. r. d. in presenciarum transmisit. (*Folgt* Nr. 6066).

¹⁾ *Die Gesandtschaft wird auch thematisiert in einer Rechtfertigungsschrift des Domkapitels vom Februar 1461; BOZEN, StA, Lade 3 Nr. 9 P: Quo adveniente domino principe ad veniendum illuc personaliter preparante, capitulum suam accuratam pro differencia sopienda prosequens diligenciam, duos de confratribus et capitulo etiam cum mandato misit Mantuam. Unde capitulo propter domini principis presenciam ibidem de concordia spes fuit indubia, ad quam procurandam dicti confratres nostri tamquam mediatores possibilem fecerunt diligenciam. Et quamvis sanctissimus dominus noster, qui mediorum pacis ad inveniendum summus est magister, prout in minoribus constitutus in maximis facta demonstravit causis et differenciis alique principes spirituales et temporales pro concordia laborantes saluberrima et equa, uti didicit, dedisset media, prochdolor, non fuerunt conclusa. Et ex qua causa seu cuius culpa, expresse ignorat capitulum. ... Zu diesem Text s. künftig AC III 3.*

²⁾ *Zu den Miet- und Lebensmittelpreisen in Mantua s. Chambers, Spese del soggiorno, hier bes. 393 mit Verweis auf die Preislisten der Mantuaner Chronisten Gianfrancesco Maloselli und Andrea Schivenoglia.*

³⁾ *Zur Frage der Bestätigung der Privilegien s. zuletzt oben Nr. 6007.*

⁴⁾ *Allerheiligenkapelle im Brixner Dom, gestiftet vom Brixner Domberrn Heinrich von Völkermarkt († 1339), erweitert nach testamentarischer Stiftung des Domberrn Wolfgang Neundlinger († 1486), der darin auch begraben wurde; s. Andergassen, Dom zu Brixen 22.*

⁵⁾ *Laurentiuskapelle im Brixner Dom, gestiftet vom Brixner Domberrn Leonhard Zinzinger († 1400); s. Andergassen, Dom zu Brixen 22.*

⁶⁾ *Zum Hospital von Klausen s.o. Nr. 5995 Anm. 6.*

⁷⁾ *Der Neubau der Hospitalskirche wurde 1471 vollendet; s. Michaeler, Rechtliche Stellung 30.*

⁸⁾ *Zum Brixner Hospital s.o. Nr. 3861 Z. 172-181 mit Anm. 17.*

⁹⁾ *Konrad Tegmair, Domberr zu Brixen. Er war bislang nur 1462-1465 als Spitaler bekannt; s. Santifaller, Domkapitel 163.*